

prodest. **Primo** ad gratie infusio-
nem cum sit aque ductus. **Sec-**
undo fluente gratie tanto tempo-
re defuerunt quod nondum intrauerat
aque ductus. et dicit humilitatem
aque ductus. **Secundo** valet ad con-
seruationem virtutum cum sit balsa-
mum dei. Sicut enim balsamum
fundum petit. et a corruptione custo-
dit: sic humilitas animam inclinat
et virtutes custodit et conseruat.
Sermo Rursum ceteras virtutes sine
humilitate congregat: quasi quod pul-
uerem in vento portat. **Tercio** va-
let ad diuinorum reuelationem cum sit
quasi pupilla dei nigra quam videt et
non albugo. Dicit grece quod pupilla
nigra videt et non albugo. Rursum enim
nigra et humilem se cognoscit di-
uinam intelligit. **Quarto** Intellectum dat
pupis. **Non** de beata virgine. Didimus
philosophus dixit ad Alexandrum. Deus pre-
sto est largiri tibi sapientiam: sed non
habes ubi eam recipias. Hoc enim
dixit quod Alexander superbus erat.
Philolomeus dixit. Inter sapientes
sapientior est qui humilior est. **Et**
tertio ad iudicis placationem cum sit
reconsiliatrix dei. **Beatus** Apud deum
in excusationis habere non possunt
quod in multis offendimus omnes.
nec fallere eum qui quod potest qui nouit
abscondita cordium. nec resistere potest
qui super viribus est. quod opus est. **Quid**
ergo restat nisi ut ad humilitatis re-
media toto mente surgamus. et quod
quid minus habemus de ea supplea-
mus sic etiam facit ille publicanus.

~~Dominica. xij~~

Sermo primus.

Quens ihs de finibus
Tyri venit per sydonem
ad mare galilee. **Mar-**
cus. xij. Iste due ciuitates
Asydon et tirus sunt inter medios
fines decapoleos. **Est** autem deca-
polis quedam regio trans iordanem
ad orientem huiusmodi ciuitates. et ad
dure sunt ei quedam hominem furdum
et mutum. cui dyaboli duo instru-
menta abstulerat necessaria ad sa-
lutem. **Salu**ditur ne verba salutis
posset audire. loquelam: ne ea que
saluus sunt possit petere. **Per** istum
furdum et mutum a domino curatum pos-
sumus intelligere peccatorem a domino a-
liorum suffragiis et propria peccata iusti-
ficatum. **Circa** cuius curationem vite
da sunt quedam antecedentia et quedam comi-
tantia et quedam subsequencia. **Ante-**
cedentia fuerunt tria. **hab** ductio
deprecatio et separatio. **Primo** ei
ipsum infirmum ad se adduce-
runt. **Peccator** enim est infirmus. im-
mundus et dei inimicus. **Cum** sit infir-
mus per se non potest ad deum accedere. et
ideo oportet aliorum meritis ad ducatur.
et illud maxime spectat ad pre-
latos quibus non sufficit ad deum
venire nisi etiam alios adducant ma-
xime cum sint pastores. venatores
atque piscatores. **Quia** cum et ipsi
sint pastores: dicit eis in extremo